

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Decima continens Regulas VI. circa doctrinam Appentitus respondente publice Laevino Drosemejero

urn:nbn:de:bsz:31-102400

est. Atqui nos longè certius & manifestius esse putamus, omne id, quod causam finalem habet, habere etiam efficientem, quàm omne, quod efficientem habet, habere quoq; finalem. Sed de hisce alibi plura. Jam enim id angustia chartæ non permittit.

REGULA V.

Quod potest fieri per pauca, non debet fieri per plura. Ex II. Phys. t. 48. & III. de partib. anim. c. III.

Disputationum Philosophicarum

DECIMA

continens

REGULAS VI.

circa doctrinam

APPETITUS

RESPONDENTE

publicè

LÆVINO DROSEMEJERO

Hannover. Saxon.

Regulis, quas doctrina causæ finalis nobis suppeditavit, subjungere placet eas, quæ de appetitu, bono item & malo loquuntur. Cùm enim natura finis sit movere appetitum vel voluntatem, quod quidem nihil aliud est, quàm appeti, ratio verò, per quam movet, sit bonum, atq; adeò tanta bono cum causa finali inter-

cedat

cedat
vel id, c
utatur,
ritum, b
tinent, c
tur.

I. T
principi
runt, bo
perpera
aliquid
II. V
mare vi
malum
stupris,
perpetr
appetit

III.

pro, du
inhone
appetiã
quod il

IV.

flagrat,
lum, &
num est

V. S

cedat cognatio, ut Aristoteles non semel finem vel id, cujus gratiâ, exprimere volens, voce boni utatur, non ineprè tractatio eorum, quæ ad appetitum, bonum item & malum ipsi oppositum pertinent, cum iis, quæ ad finem spectant connectitur.

REGULA I.

Appetitus non est nisi boni.

I. Testatum hoc facit Philosophus, quando in principio *Eth. ad Nicom.* laudat eos, qui dixerunt, bonum esse id quod omnia appetunt: quod perperam faceret, si sentiret, appetitum ferri in aliquid quod bonum non sit.

II. Verùm primò, quotidiana omninò reclamare videtur experientia. Si enim appetitus in malum nõ ferretur, non tam plena essent omnia stupris, cædibus, furtis, rapinis &c. Hæc enim perpetrari non à nolentibus, sed laxatis penitus appetitui frenis, in confesso est.

III. Dicis, cum in adductis malis, v. g. in stupro, duo occurrant, quorum unum est malitia & inhonestas, alterum ratio jucundi, stuprum non appeti à libidinoso, ut malum est, sed ut jucundū, quod ille pro summo & vero bono habet.

IV. Sed regeri potest, cum, qui odio alterius flagrat, malum ipsi velle, quatenus est ipsi malum, & non ratione alicujus adjuncti, quo ipsi bonum est. Vult ergò aliquis malum, ut malum est.

V. Secundò, Aristoteles apertè testatur II.

Eundem

Eadem c. X. voluntatem præter naturam esse mali, licet secundum naturam tantum boni sit.

VI. Tertio: Oppositorum eadem est potentia, ut visus albi & nigri, quod peculiari ratione de potentiis rationalibus asseritur IX. Met. t. 3. Appetitus autem omnis est potentia quædam, & quædam voluntas, quæ est nobilissima inter species appetitus, est potentia rationalis. Est enim ἐν τῷ λογικῷ, III. de animat. 42. Erit igitur oppositum, & per consequens etiam boni & mali.

VII. De objecto appetitus, quod & quomodo id tantum bonum sit, quædam jam supra diximus Disp. II. X. Reg. I. Ut tamen sensus Regulæ in clariori ponatur luce, duo præmittimus. I. vocem appetitus, cui respondet Græca ὀρεξις, bifariam sumi, jam pro potentia sive facultate, cujus duo sunt actus, quorum unus est velle; sive appetere, amare vel persequi, Philosophus III. de an. c. II. vocat διώκειν; item ὀρεξιν τὴν κατ' ἐνέργειαν. Alter est nolle, odisse, vel fugere sive averfari aliquid, Philosopho est Φυγή vel Φεύγειν. Jam pro actu secundo, persequutionis nimirum sive appetendi, & opponitur actui odii vel fugæ. Quod enim odio habemus aut averfamur, id appetere non dicimur, quamvis ad appetitum, ut pro facultate, accipitur, pertineat.

II. Aliud est id, quod appetitur, aut odio habetur, aliud ratio, sub quâ appetitur, aut odio habetur. Illud objectum materiale, hoc formale, dici meretur.

IX.
ritus, et
est non t
probatio
II. & IV.
vel averf
is tantum
artes plu
tum est i

Christur
vificam
mundus

X. N
in malum
quæ tan
lam, ita
quod co
re dulce
esse acci
planè n
& ut ma
mali att
lum, ut
quod al
argume
rat mal
Motii,
injectat
directo

IX. Quibus præmissis dicimus primò: *Appetit*, etiam ut hæc vox sumitur pro actu secundò, est non tantum boni, sed & mali. Prius non indiget probatione. Posterius confirmatur iis, quæ §. II. & IV. allata sunt. Et simili modò de actu odii vel aversionis statuendum est, nempe non mali tantum est, sed & boni: quemadmodum bonæ artes plurimos semper repererunt olores. Et notum est illud Lyricorum Principis:

Virtutem incolumem odimus.

Christum, ejusque discipulos & Religionem salvificam semper internecinò odio prosequutus est mundus, & adhuc hodieque prosequitur.

X. Non tantum autem actus appetendi fertur in malum planè per accidens, dum nimirum rei, quæ tanquam bona expetitur, accidit, esse malum, ita ut appetitus non attingat rationem mali, quod constat ex §. I. eò modò, quò visu percipere dulce dicimur, dum videmus album, cui dulce esse accidit; ita tamen, ut ipsa dulcedo sub visum planè non cadat: verum etiam expressè & per se, & ut malum est, sive ut appetitus ipsam rationem mali attingat; sicut inimicus alteri precatur malum, ut ipsi malum est, h. e. vult illud ipsum, per quod aliquid alteri malum est, id quod intendit argumentum §. IV. Itmò fit, ut quis sibi ipsi expectat malum, ut malum est, quod ostendit exemplum Mutii, dum spontè, sciens & prudens, dextrâ ignè injectam torruit, & Codri, qui mortè expresso & directo animi proposito appetiit & oppetiit.

R

XI

XI. Ex quibus & de odio vel fugâ res evidens est, nempe, inimicum nolle, alteri boni quid contingere, ut ipsi bonum est, imò posse quem sibi ipsi nolle bonum, ut ipsi bonum est, sicut Codrus vitam suam. & Mutius manus suæ salutem & integritatem noluit.

XII. Secundò: *appetitus pro actu secundò sumtus nullius sive boni sive mali est, nisi sub ratione boni: vel, quod eodem recidit, ratio, sub quâ aliquid appetitur, non est nisi bonum.* Et hæc est mens Philosophi, scribentis, rectè perhibere, bonum esse id, quod omnia appetunt. Estq; hic sensus præsentis Regulæ, nimirum, utcunque se habeat id, quod appetitur, sive bonum sit, sive malum, ipsi objectum formale appetitus, vel ratio, sub quâ appetitur, esse bonum, & non malum. Quam in sententiam multa Augustinus II. *Confess. a. c. IV. ferè usq; ad finem libri.*

XIII. Et hanc sententiam de ratione, sub quâ aliquid appetitur aut odio habetur, rectè Vatzquetz l. 2. *Tom. I. disp. XXXI. c. II.* collocat inter principia nobiscum nata, sive communes notiones naturaliter animis hominû insitas, & Occhamum, de quo supra *disp. XIX. Reg. I.* aliosque Nominales, qui contrarium docent, manifestè desipuisse neminem non videre scribit. Neque melius probari, quàm experienciâ vel inductione potest, cùm quilibet & secû experiatur, nihil se velle & neminem alium quidquâ appetere videat, nisi inter.

interv
delectat
sed quat
optimû
lucrum
definitio
eodem t
est

Eadem
directè
ipsi mal
num, C
ni publ

XIV.
nisi sub
famur,
Nempe
sicut co
sunt, se

XV.
quæ pro
stituer
petitur
bonum
Philos
I. Pol.
tur, om
V. Me
cetero
psumj

interveniēte aliquā ratione boni. Sic qui stupro delectatur, non ut malo & inhonesto delectatur, sed quatenus, cum jucundissimum sibi sit, etiam optimū esse judicat. Qui rapto aut furto vivat, lucrum respiciunt, quod expresit Paul. Jctus in definitione furti l. 1. ff. de furt. Cædes patrantur eodem fine, aut etiam vindictæ causā. At

est vindicta bonum vitā jucundius ipsā.

Eadem causa est, quod inimicum malo mactari directè volumus, quod bonum nobis judicemus, ipsi malè esse. Mutium ad comburendam manum, Codrum ad appetendam mortem amor boni publici unicè impulit.

XIV. Quemadmodum autem nihil appetitur, nisi sub ratione boni, ita nihil nolumus, aut averfamur, vel odio habemus, nisi sub ratione mali. Nempe averfamur non mala tantum, sed & bona, sicut constat ex §. IX. verum non quatenus bona sunt, sed quatenus mali rationem habent.

XV. Facit ad meliorem intellectum eorum, quæ proposuimus, id, quod tertio loco dicere constitueramus, nempe, *bonum, sub cujus ratione appetitur, quicquid appetitur, non tantum esse verum bonum, sed & apparens.* Quo de vide disputantem Philosophum III. Eth. c. IV. Quò pertinet, quod I. Pol. c. I. dicit, *ejus gratiā, quod bonum esse videtur, omnes omnia faciunt.* Et quod II. Phys. c. III. & V. Met. c. II. id cujus gratiā, debet esse optimum, & ceterorū finis. Sed nihil interest, utrum dicatur ipsum finem esse bonum, aut videri bonum.

XVI. Cujus ratio est, quod appetitus non fertur in rem, nisi ut cognitam, de quò *Reg. seq.* Nihil ergò interest in appetendò, sive aliquid reverrà bonum sit, sive non; modò ut bonum cognoscatur. Idem judicandum de odiò, vel actu averfandi appetitùs. Ut aliquid aversemur & respiciamus, satis est, si ut malum apprehendatur, vel tale existimetur, sive reverrà hujusmodi sit, sive non.

XVII. Ubi tamen id fortassis prætereundũ non est, quod diximus, appetitum esse boni etiam apparentis, tantũ verum esse de appetitu animali sive sensitivò, & rationali; non autem de appetitu innatò, de quò *Reg. seq. §. I. & II.* sed hunc tantũ esse boni veri, cujus ratio patet ex dictis. Nam bonum apparens habet respectum ad facultatem cognoscentem. Est enim bonum apparens id, quod cognoscitur ut bonum; bonũ tamen non est. Cũ ergò appetitus innatus nõ sequatur cognitionem, non potest in objectò ejus locum habere bonum apparens.

XIX. Verũ hic removendum est quoddam *avimov*; quò nobis dubiò procul, quisquis ea, qua superius commentati sumus, attentius legerit, dicam contradictionis impinget. Docuimus enim §. XII. & XIII. quicquid appetitur, appeti sub ratione boni, & nõ mali, quod profectò idem esse videtur, atq; appeti ut vel quatenus bonum, & non quatenus malum: sicut dicere, hominem sentire, ut vel quatenus animal est, & sub ratione

anima.

animalis
asseruim

XIX. I

bifariã

nisi obje

se mali, q

id, per qu

etiam esse

petitus: i

diximus.

le, h. e. ra

modo ne

licet illu

malum e

sub quo a

XX. C

gnificat,

sed etiam

nempe ro

nus enim

formale

lum, Ad

ctum ra

circa ob

Hurtadu

igitur est

quamur

tentiã. C

bonum,

animalis, unum idemque sunt. At contrarium asseruimus § IV. & X.

XIX. Respondemus, malum appeti ut malum, bifariam posse intelligi: primò, ut non exponat nisi objectum materiale, ita ut sensus sit, ipsum esse mali, quod in objecto est, aut esse putatur, vel id, per quod aliquid formaliter malum est, & tale etiam esse cognoscitur, esse id, in quod fertur appetitus: idq; volunt & probant ea, quæ §. IV. & X. diximus. Secundò, ut exprimat objectum formale, h. e. rationem, sub quâ aliquid appetitur, & hõ modo negamus, malum appeti ut malum, quia licet illud ipsum, per quod aliquid formaliter malum est, appetatur; ratio tamen, vel formale, sub quo appetitur, non est nisi bonum.

XX. Quantum ad appetitum, ut facultatem significat, patet, non tantum objectum materiale, sed etiam formale esse tum bonum, tum malum, nempe respectu diversorum ejus actuum. Quatenus enim vult aut expetit aliquid, ejus objectum formale est bonum, quatenus verò odit, est malum. Adsignatur enim potentia aut habitui objectum ratione actuum ejus, cum non nisi per actus circa objectum aliquod versetur, ut docet Petrus Hurtadus de Mendozâ *disp. Log. I. s. XI. s. 7.* Quod igitur est objectum actuum, sive de materiali loquamur, sive de formali, id quoq; est objectum potentia. Quare cum objectum actuum formale sit tum bonum, tum malum, actus nimirum perseguendi

R 3 bo.

bonum, actus fugiendi malum, utrumque erit quodque huiusmodi objectum ipsius potentiae.

XXI. Atque iis quidem, quæ hætenus disputavimus, satis diluta sunt ea, quæ §. II. & IV. fuerunt proposita.

XXII. Locum Aristotelis §. V. citatum quod attinet, ea est mens ipsius: voluntatem (loquimur de actu secundo) secundum naturam esse veri boni, præter naturam autem ejus, quod malum quidem, apparet tamen bonum, vel habetur pro bono. Id autem tantum abest, ut cum iis, quæ hætenus tradidimus, pugnet, ut potius ea confirmet. Esse autem hanc Aristotelis sententiam, patet ex iis, quæ paulò ante proposuerat. Loquens enim ibi de fine, eadem verba usurpat. τὸ δὲ τέλος αἰετὸν καὶ φέρων ἰσχυρὸν ἀγαθόν &c. ἡ δὲ φύσις δὲ καὶ ἡ διαίτη φέρει τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν. Hæc verba exponere censeo illa, quæ paucis interjectis sequuntur, quæque §. V. designantur, & sic habent: ὁμοίως δὲ καὶ ἡ βίλησις φύσις φέρει τὸ ἀγαθόν, ἡ δὲ ἐκείνη καὶ ἐκούληται φύσις φέρει τὸ ἀγαθόν ἡ δὲ φύσις δὲ καὶ ἡ διαίτη φέρει τὸ κακόν.

XXIII. Neque quicquam faciesit negotii id quod §. VI. objectum est. Primò enim conclusio cum eò, quod ipsi tanquam consequens annexatur, nobis non adversatur. Majorem quod attinet, ea non est vera de quibuslibet oppositis. Non omnium oppositorum eadem est potentia, ut visus est alibi quidè & nigri, sed non est calidi & frigidi.

amari & sitorum, compreh

A

I. Vultum autem modo propositum & quidem quæ per amorem odii, &c. pro actu Reg. præcedit solet dupliciter vocatur.

Moral. c. 1. cupido sumitur pro distantia secundum quàm ipsi quæ care

II. Significatio non requiritur enim apparet. I. Physic. alterius ratione cognoscitur, naturalis, natu

am

amari & dulcis. Est igitur eadem potentia oppositorum, eorum scilicet, quæ sub objecto ejus comprehenduntur.

REGULA II.

Appetitus non fertur in incognitum.

I. Vulgò ita: *Ignori nulla cupido.* Notandum autem, vocem appetitus bifariam sumi: primò propriè, pro facultate animæ vel viventium, & quidem cognoscendi vi pollentium propriâ, quæ per actus secundos, quales sunt actus amoris, odii, &c. fertur in bonum vel malum; vel etiam pro actu secundo hujusmodi facultatis, quâ de re Reg. præc. §. VII. Ejusmodi appetitus constitui solet duplex, sensitivus & rationalis, qui voluntas vocatur. Aristoteles II. de an. t. 28. & I. Magn. Moral. c. XIII, dicit esse *ἄπιστον καὶ θυμὸν καὶ βούλησιν*. cupiditatem, iram atq; voluntatem. Secundò sumitur pro inclinatione naturali. Ubi non datur distincti actus, primus vel potentia, & actus secundus appetendi, sed nihil aliud esse videtur, quàm ipsa potentia, ut refertur ad perfectionem, quâ caret.

II. Sermo hic est de appetitu in priori tantum significatione. Nam ad appetitum naturalem non requiri cognitionem, extra dubium est. Hic enim appetitus est, quo materia appetit formam, I. Physic. 81. quæ tamen neq; formæ, neque cujusq; alterius rei notitiam habet. Ita & lapis, qui omni vi cognoscendi destituitur, in superiori loco detentus, naturalem appetitum habet ad motum deorsum.

R 4

Sen-

Sensus ergò Regulæ est, *facultatem appetentem, si-
ve ea sit appetitus sensitivus, siue voluntas, in nul-
lum deduci actum, nisi prævia objecti cognitione.*

III. Sunt, qui statuunt, voluntatem aliquan-
do perfectissimum actum elicere, nempe arden-
tissimum Dei amorem, & qui per affectiones flam-
migeras. sicut ipsi loquuntur, ad superna adspiret
sine omni in nobis cognitione.

IV. Verùm I. si voluntas ferretur in incogni-
tum, quando ferventissimè amat, appetitus sensu-
tivus quoq; ferretur in incognitum, quia & ipse
ferventissimè amare, imò amore quasi inebriari
solet, neq; minus pendet voluntas ab intellectu,
quàm appetitus sensitivus à sensu. Sed consequens
adeo falsum est, ut contrarium etiam experiamur.
Nā eò magis crescit in nobis amor appetitus sen-
sitivi, quo intensior est rei amatae imaginatio,

V. II. Nullus ex iis, qui oppositam sequuntur
opinionem, est, qui eam non confirmet experi-
mento, imò omnes affirmant, nullo alio modo
meliùs, quàm experimento comprobari posse.
Habent igitur memoriam ejus, quod semel exper-
ti sunt: alioqui neq; tanquam experti eà de re lo-
qui possent: memoria autem est rei priùs cogni-
ta. Si ergò meminerunt, se dilexisse Deum illò
actu ferventissimò, aliqua in eis præcessit cog-
nitio Dei, ut dilecti. Quod si cognitio Dei, ut dilecti,
quæ reflexa est, non fuit impedimento, quo mi-
nus is ardentissimè amaretur, multò minus cog-
nitio ejus, ut boni, erit obstaculo.

VI. II.
ex suâ na-
pore & q
operari?
l. 2. Tam.

VII.
re incog-
det Aug
est, non
cognita,
amet inc-
positum,
non ipsa
in istò ca-
tiam, qu-
lem, atq;
sed in sc-
cognita

IIIX.
tionalis
nem sec-
rem alio
præced-

IX.
bono, n-
ti à virt-
à deliti-
num, q

X. V

VI.

VI. III. Si voluntas posset ferri in incognitum ex suâ naturâ, cur non possemus quocunque tempore & quâcunque occasione pro voluntate ita operari? Sunt argumenta Gabriëlis Vatzquezii l. 2. Tom. I. disp. XXXV. c. II. § III.

VII. Dicis: Voluntas aliquando desiderat scire incognitum. E. desiderat incognitum. Respondet Augustinus de Trin. L. X. c. I. *Intelligendum est, non hoc idem dici, cum dicitur, amat scire incognita, ac si diceretur, amat incognita; ut autem amet incognita, non potest; non enim frustra ibi est positum scire, quoniam qui scire amat incognita, non ipsa incognita, sed ipsum scire amat. Nempe in isto casu ferimur desiderio nostro in ipsam scientiam, quam apprehendimus, ut jucundam aut utilem, atq; adeo non in id, quod ignoramus, ferimur, sed in scientiam ejus, quod ignoramus, que nobis incognita non est.*

IIIX. Cæterum appetitus sensitivus sensûs, rationalis verò sive voluntas intellectûs cognitionem sequitur; neque fieri potest, ut voluntas in rem aliquam feratur, nisi intellectûs cognitione precedente.

IX. Neque obstat, quod voluntas movetur à bono, non tantum cognito per intellectum, veluti à virtute; sed etiam cognito per sensum, veluti à delitiis. Nam & intellectus tunc judicat esse bonum, quod à sensu ut tale cognitum est.

X. Verum operæ pretium hîc omninò esse vi-

decet, si disquiramus, qualis cognitio intellectus
requiratur ad hoc, ut voluntas operetur, vel ac-
tum aliquem exerat. Sunt, qui statuunt, simpli-
cem apprehensionem boni & mali extra enuncia-
tionem vel propositionem non sufficere, sed opus
esse iudicio compositionis, quò affirmatur ali-
quid esse bonum vel malum, quod explicatur his-
ce aut similibus verbis, *bonum est studere virtuti*,
imò neque hoc rem expedire, nisi ad sit iudicium
practicum per modum imperii, quod exprimitur
hisce verbis, *fac hoc, ama hoc*.

XI. Simplicem porro apprehensionem non
satis esse, probant duobus in primis textibus ex *L.*
III. de animâ de promissis. Primum *t. 154.* Aristoteles
ita loquitur: *Præterea cum opinamur aliquid mo-
lestum vel terribile, confestim simul patimur: ite-
demque si sit aliquid, quod fiduciam afferat: sed quod
ad phantasiam; eodem modo affecti sumus, quo in
qui in picturâ aspiciunt res molestas & fiduciam af-
ferentes.* Opinio autem non habet locum in sim-
plici mentis apprehensione, sed tantum in iudi-
cio compositionis, propterea, quod in simplici
apprehensione falsitas non habet locum, secun-
dum *text. 21. ejusdem Libri* At omnis opinio ve-
ra vel falsa est, ut habetur *text. 133.*

XII. *Textu 30.* ita scribit: *Cum malum aut bo-
num affirmarit vel negarit, fugit aut persequitur.*
Quasi dicat, non fugit aut persequitur, antequam
affirmatio sit aut negatio. At hæc non in simplici
apprehensione sunt, sed in compositione & divi-

si-
one,

XIII.

XIII.
ab objecto
præcedente
prehensio
titus am
cum, qu
ta vi cor
negand
vel mal
ctum, u
tur. N
pliciter
dam vo
hensum

XIV
S. X. n
pfa con
affectu
in nob
aversa

XV
tionem
ctis, pe
ut doc
omne
consec
ut vol

XV
deamu

XIII. Verùm voluntas nostram moveri posse ab objecto simplici tantum apprehensione boni præcedente, facile probatur. Nam simplex apprehensio boni vel mali sufficit in brutis, ut appetitus amet aut odio habeat id, quod proponitur, cum, quod tanquam concessum jam sumitur, bruta vi componendi & dividendi, vel affirmandi & negandi destituantur. E. satis quoque est, si bonum vel malum simpliciter apprehendatur per intellectum, ut voluntas illud amore aut odio prosequatur. Neque enim minus potens est objectum simpliciter apprehensum per intellectum ad movendam voluntatem, quam est objectum sensu apprehensum ad movendum appetitum sensitivum.

XIV. Judicium verò illud practicum, de quo §. X. necessarium non esse, primò experientia ipsa confirmat. Quotidiè enim experimur mille affectus amoris ut odii, delectationis aut tristitiæ in nobis, absque eo, quod dicat intellectus, *ama, avertere, delectare.*

XV. Deinde dictamen illud, *fac hoc*, habet rationem imperii. At imperium est actus intellectus, per quem manifestatur superioris voluntas, ut docet Thomas *l. 2. q. XVII. a. 1.* Præcedit ergò omne imperium actus aliquis voluntatis, & per consequens, imperium illud non est necessarium, ut voluntas quemcumque actum eliciat.

XVI. Ad loca Aristotelis antequàm respondeamus, ulterius nostra explicanda est sententia,

nem-

nempe, licet ad aliquos actus voluntatis sufficiat simplex apprehensio boni aut mali, sunt tamen etiam nonnulli, ad quos necessarium est iudicium compositionis, & huiusmodi quid sunt spes & timor. Spes enim est boni absentis cum opinione futuri, sive ita, ut opinemur & credamus, id nos consecuturos: quo ipso differt à desiderio simplici quod est absentis sine opinione futuri. Simili modo timor est mali absentis cum opinione futuri, sive ita, ut opinemur & credamus, id esse futurum, sine quâ opinione est quidem odium simplex, non tamen timor. Ex quo jam patet, quid respondendū sit ad t. 154. L. III. de animâ. Loquitur enim ibi Philosophus de timore & fiducia vel spe, & hisce distinguit phantasiâ, quam imaginationem vulgò vocamus, ab ὑπολήψεις, cujus species est opinio. Afferit enim, ut oblatis rebus vel terribilibus vel fiduciam afferentibus, timeamus vel confidamus, necesse esse, ut quædam de iis opinio in nobis oriatur. Quod si solâ phantasiâ eadē usurpemus, non magis nos metuere, aut confidere, quàm si illa depicta in tabulâ intueamur.

XVII. Ad t. 30. dicitur, verum esse, tunc voluntatē persequi aut fugere rem, quando intellectus affirmat aut negat aliquid esse bonum vel malum, quod sit sanè compositione aut divisione: non tamen negare Philosophum, eum aliter etiam moveri posse. Et quid si Aristoteles loquatur de illis actibus voluntatis, quos non nisi præviâ affirmatione aut negatione esse posse concessimus?

REGU.

REGULA III.

Voluntas est impossibilem.

REGULA IV.

Electio non est impossibilem.

I. ἡ προαίρεσις μὴ γὰρ ὅσα ἐστὶ τῶ ἀδυνατῶν ἔστι
 πρὸς φαίνῃ προαίρεσις, δοκοῖν ἐν ἡλίθῃ ὅτι εἶναι βέλγη-
 σις ὅτι τῶ ἀδυνατῶν, οἷον ἀθανασίας, ait Aristo-
 les III. Eth. cap. II. Electio non est eorum, qua fieri
 non possunt, & si quis diceret, ea se praeligere, esse
 stolidus videretur: voluntas vero est eorum, qua fi-
 eri non possunt.

II. Sciendum autem, bifariam dici posse, vo-
 luntatem esse impossibilem, primò ita, ut existi-
 mentur esse impossibilia; secundò, ut existimen-
 tur esse possibilia.

III. Nulla est difficultas de sensu secundo, de
 quo paucis inferius §. IX. In primo autem sensu
 res est controversa. Sunt, qui statuunt, impos-
 sibilem non esse voluntatem absolutam, esse ta-
 men conditionatam, quæ exprimitur non per
 verbum *volo*, sed per verbum *vellem*. Quæ sen-
 tentia est Capreoli II. d. IV. q. I. a. 3. ad argumen-
 ta contraria 2. concl. Fonseca IX. Metaphys. c. II.
 q. V. s. V. nec diversum videtur sentire Soncinas
 lib. cod. q. XVI.

IV. Probatur I.

Quidquid non cognoscitur ut bonum, id quo-
 que non appetitur.

Im-

Impossibile cognitum ut impossibile, non cognoscitur ut bonum.

E. non appetitur.

Majoris veritas constat *ex Reg. preced. Minor* probatur.

Quicquid non cognoscitur ut ens, non cognoscitur ut bonum.

Sed impossibile cognitum ut impossibile, non cognoscitur ut ens, quandoquidem impossibilia non habent rationem entis, sed sunt non entia.

E. non cognoscitur ut bonum.

V. II. Probatür: contradictoria objecta non possunt simul expeti, quia cum alterum destruat alterum, ipsum quoque velle hoc & non hoc seipsum destruit. Qui enim vult non hoc, non vult hoc. Impossibilia verò (quæ scilicet non per causas naturales tantum, sed simpliciter sunt impossibilia) aut sunt hoc & non hoc, aut ea includunt. Atque istis probari putant: eorum, quæ impossibilia sunt; non esse voluntatem absolutam.

VI. Quod autem impossibile voluntas sub conditione esse possit, inde probatur, quod hæc voluntas, cum non aliter explicetur, quam ita *vellem, si esset possibile*, non feratur super impossibile, nisi sub ratione possibilis, quia scilicet sub hac conditione fertur, si esset possibile, quamvis et ipsò etiã existimetur esse impossibile.

VII. Verùm nos cum Vatzqueziò *l. 2, Tom. I*

disp. XI
luntatis,
ditione,
sed quem
verbum
etiam esse
one, si es
nim null
plicemus
ctu est ad
verbum i
tem in vi
tellestu p
rem & in
rem, non
lus quoq
tate in p
matur pe
quem qu
rem, qui
quod esse
luntas q
num, qu
ut bonum
retur ut
tas vult
pereret
autè vell
sit in vo
conditio

disp. XLII. cap. III. statuimus nullum actum vo-
 luntatis, qui in praesenti eliciatur, esse sub con-
 ditione, ita ut explicari possit per verbum *vellem*
 sed quemlibet esse absolutum, & explicari per
 verbum *volo* praesentis indicativi, neque ullum
 etiam esse, qui feratur in objectum sub conditi-
 one, si esset possibile, aut, si esset bonum. Si e-
 nim nullus est actus in praesenti in visu, quem ex-
 plicemus per verbum *viderem*, neque in intell-
 ectu est actus in praesenti, quem explicemus per
 verbum *intelligerem*, sed omnem actum praesen-
 tem in visu explicamus per verbum *video*, & in in-
 tellectu per verbum *intelligo*: verba autem *vide-
 rem* & *intelligerem*, significant actum, quem habe-
 rem, non quem habeo, aut qui est in praesenti, nul-
 lus quoque datur actus conditionatus in volun-
 tate in praesenti elicitus, qui dicto modo expri-
 matur per verbum *vellem*. Si item actus videndi,
 quem quis in praesenti elicit, non fertur in colo-
 rem, qui esset, neque intellectus assentitur vero,
 quod esset verum, actu autem non est verum, vo-
 luntas quoque expetere aut persequi nequit bo-
 num, quod non est bonum, aut apprehenditur
 ut bonum, esset tamen bonum, aut apprehende-
 retur ut tale. Quare dicere non possumus, volun-
 tas vult hoc aut appetit hoc, si esset bonum, sed ap-
 peteret aut vellet hoc, si esset bonum. Per verbum
 autem *vellet* non denotatur actus, qui in praesenti
 sit in voluntate, sed qui alias esset, si talis adesset
 conditio.

IX. Nostram sententiam ut proponamus, præmunimus, duplicem esse voluntatem. Velle, nim est in rem non secundum se tantum, sed ut acquirendam aut faciendam: unde etiam dicitur voluntas efficax; vel nascitur ex re secundum se, & sine ullâ cogitatione efficiendi vel consequendi illam, vocaturque propterea voluntas inefficax & simplicis complacentia.

IX. Jam ponimus sequentes conclusiones. I. *Impossibile, quæ existimantur esse possible, esse voluntas etiam efficax.* Nam non minus voluntas est boni apparentis, sive ejus, quod mentitur speciem boni, atque veri boni, sicut constat ex *Regul. præc. §. XV. & XVI.* E. æquè etiam est ejus, quod apparet, sive censetur possibile, licet non sit, atque ejus quod est reverâ possibile. Cùm igitur ejus, quod est reverâ possibile, sit voluntas efficax, ejus quoque sit necesse est, quod judicatur possibile, licet non sit.

X. *Concl. II. Impossibile, quæ existimantur esse impossible, non est voluntas efficax.* Qui enim in id, quod credit & scit nullâ ratione fieri aut acquiri posse, feratur tanquam acquirendum aut efficiendum?

XI. *Conclus. III. Impossibile, quæ existimantur esse impossible, non est electio.* Electio enim est eorum, quæ referuntur ad finem, & per quæ censetur finis posse acquiri, ex *c. II & III. L. III. Ethic. Nicomach.* sed sicut per ea, quæ impossible sunt, nihil potest effici aut acquiri, ita

nemo

nemo est
aut utorp
dum.

XI. C
esse impos
tingit, ut
sciat esse
sum aliq
Frequent
delectari
pliciter,
lanè res
delectati
in eò co

XIII.
esse, quo
hendi pe
Reg. præc.
impossib
cipi, ut b
peritus v
ficax, ut
tatem.

XIV.
attinet,
de cogn
riam in
hension
sine con
vorum

nemo ea, quæ impossibilius esse credit, referat, aut usurpet ad finem efficiendum aut acquirendum.

XII. Concl. VI. *Impossibile, quæ cognoscuntur esse impossibilia, est voluntas inefficax.* Ita contingit, ut mater filii defuncti vitam desideret, cum sciat esse impossibile. Et potest quis post commissum aliquod flagitium velle, se non peccasse. Frequenter etiam experimur, ait Vatzquetz, nos delectari in eò, quod nobis est impossibile simpliciter, ut nos in angelos aut aves converti, quæ sanè res cogitata aliquandò nostrum animum in delectatione detinet, ob aliquam commoditatem in eò consideratam.

XIII. Et ratio hujus conclusionis hæc videtur esse, quod ad voluntatem sufficit objectum apprehendi per modum boni, sicut constat ex iis, quæ Reg. præced. dicta sunt. Cum igitur etiam id, quod impossibile est, & tale esse censetur, possit concipi, ut bonum, poterit etiam ejus aliquis esse appetitus vel voluntas. Et cum non voluntas inefficax, ut probatum fuit, necesse est, esse inefficacem.

XIV. Argumenta s. VI. & V. proposita quod attinet, respondemus ad primum: Impossibile cognosci utens, ut possibile, ut bonum, bifariam intelligi potest: primò de simplici apprehensione, sive primâ mentis operatione, quæ est sine compositione & divisione, vel affirmatione

S

&

& negatione. & idem est, quod cognosci ad modum entis, ad modum possibilis aut boni, ita ut non affirmemus illud esse ens, possibile aut bonum; secundò de secundâ mentis operatione, quæ in compositione vel divisione consistit, & utrum de alterò affirmat vel negat, & idè est, quod cognosci impossibile esse ens, possibile, bonum. In posteriori modò est mendaciù vel falsitas, non autem in priori, sicut falsitas in eò non est, quod Deum apprehendimus tanquam rem corpoream, quia non affirmamus; nec judicamus, eum esse corporeum, sed tantùm eum ita apprehendimus. Quod si assereretur, eum esse corporeum, tùm mendacium esset. *Indivissibilem intellectus, ait Aristoteles III. de animat. 21. in his consistit, circa quæ falsitas non est. At in quibus falsitas jam & veritas inest, in hisce compositione quadam, jam est conceptuum intellectus, quæ ipsi sunt unum. Jam majorem, si h'c sit sentius: quidquid non cognoscitur ut bonum, ita ut nec affirmetur esse bonum, nec apprehendatur simplici mentis operatione ut bonum, id non appetitur, concedimus. Si autem major ita intelligatur: quicquid non cognoscitur esse bonum, id est, quod non affirmatur esse bonum, id non appetitur, negamus. Sufficere enim ad appetitum, objectum apprehendi ut bonum nec opus esse, ut affirmetur vel judicetur esse bonum, constat ex his, quæ diximus Reg. præo. Quantum ad minorem ejusq; probationem, impossibile cognitum*

impossibile
ut possibile
de cognitione
affirmatione
dentibus
bili, quæ
stimari a
nem. In
priori m
pudiam
tur esse in
atur vel
bilis & b

XV.

tur: Qu
gnoscitur
gatur ce
lit: Qui
gnoscitur
talo. C
esse existi
solum ex
esse pote
Bonum
XVI.
objecta
& non h
hoc eur
us

impossibile, non cognoscitur ut bonum, ut ens, ut possibile, sciendum, in subiecto esse sermonem de cognitione posteriori modò, quæ sit per affirmationem. Loquimur enim de impossibili, quod affirmamus esse impossibile. Unde in precedentibus diximus, questionem esse de impossibili, quod existimatur esse impossibile. Existimari autem aliquid esse, importat affirmationem. Prædicatum si intelligatur de cognitione priori modò, propositionem tanquam falsam repudiamus. Hoc enim, quod aliquid iudicatur esse impossibile, non tollit id, quod concipiatur vel apprehendatur per modum entis, possibili & boni, sed ista se invicem admittunt.

XV. Quod ad stabiliendam minorem afferatur: *Quicquid non cognoscitur ut ens, id non cognoscitur ut bonum*, si etiam in prædicatò intelligatur cognitio posteriori modò, ita ut sententia sit: *Quicquid non cognoscitur esse ens, id non cognoscitur esse bonum*, ne id fortassis satis firmò statuatò. Qui enim sibi ipsis manus inferunt, non esse existimant sibi esse bonum; imò non esse non solum existimatur esse bonum, sed & alicui bonum esse potest. Pronunciat enim de Judà Salvator: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.*

XVI. Ad secundum: Nego, contradictoria objecta non posse simul expeti. Nego, velle hoc & non hoc, seipsum destruere, & qui vult non hoc, eum non velle hoc. Possunt contradictoria

objecta, ut album & non album, v. g. nigrum, si-
mul videri; quidni ergo, & simul expeti possent.
Potest quis simul expetere chartam & calamum.
Is certè simul expetit hoc, nempe chartam, &
non hoc, nempe calamum, cum calamus non
sit charta. Contradictoriorum alterum destru-
it alterum. E. ipsum quoque velle hoc, & non
velle hoc, seipsum destruit. Nego consequen-
tiam, quoniam hoc & non hoc, ut album & non
album, sunt quidem contradictoria, sed velle
hoc, ut album, & velle non hoc, ut non album,
non sunt contradictoria, quemadmodum ambu-
lare & non ambulare, contradicentia sunt: sed
posse ambulare, & posse non ambulare, non sunt
contradicentia. Hæc expressè & de professò do-
cuit Aristoteles I. *Prior. c. ult.*

XVII. Dubitavit fortassis aliquis, quis ser-
vus sit propositionis Aristotelicæ, *volunt as est im-*
possibile? De impossibilibus ne cognitis ut im-
possibilia sunt, an ut possibile, loquatur? Re-
spondemus, loqui de iis, ut cognoscuntur esse
inter voluntatem & electionem constituit, quo
impossibilia. Id patet primò ex discrimine, quo
planè caderet, si sermo ipsi esset de impossibi-
libus ea ratione, quâ possibile esse cognoscuntur,
quia sic eorum non voluntas tantum, sed electio
etiam est. Quid enim si cui plura media ad finem
consequendum offerantur, quorum aliqua, in
possibilia, que tamen possibile, ipsi esse videt

antur, a
gat?

XIIX

X. L. II

rg) r ad

av Spaltr

un dyvo

dum ea

bis kom

nemo sc

Ap

Di

JOH

May

I Ta
I locc

antur, an non fieri possit, ut is unum ex illis eligat?

XIIX. Secundo id expressis verbis docuit c. X. L. II. Eudem, quando ait: βέλονται μὲν γὰρ ἕνια καὶ τὰ ἀδύατα ἐιδότες, οἷον βασιλεύειν τε πάντων ἀνθρώπων καὶ ἀθάνατον εἶναι, θεωρεῖται δὲ εἰς μὴ ἀγνοῶν ἢ ἀδύατον, i. e. volunt etiam interdum ea homines, quae impossibilia norunt, ut omnibus hominibus imperare, immortalem esse, id quod nemo sciens esse impossibile elegerit.

REGULA V.

Appetitus est soboles privationis.

Disputationum Philosophicarum.

UNDECIMA,

continens.

REGULAS VI.

circa doctrinam.

BONI ET MALI.

RESPONDENTE publicè

JOHANNE MORHAMMERO.

Leobschuzensi Silesiò.

REGULA I.

Majori bono opponitur majus malum.

I

Ita Alexander II. probl. c. XXXVI & exempli locò in I. Top. c. I. imò ipse Aristoteles XIX.

S 3

Top.